



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Decretum. IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

nomine quisquam sponte eas offerat; sed is illas in capsula deponendas curet; que certo Ecclesie loco, aut pro sacristia foribus propterea collocata erit.

Cui capsula ijs ipsis certis diebus sacrista Ecclesieve curator clericum aliquem probatum præficiat: cuius cura sit, & Missarum numerum describere, & notare item quorum nomine causæ illæ celebrari debeant; ut ex earum rerum notatione rationeque, sacrista curatorve sacerdotibus statim præscribat, quid pro elemosina oblata ipsi singuli præstare debeant, ad satisfaciendum voluntati eorum qui obtulerint.

Peractis autem sacris, quæ pecunia eam ob causam in capsula deponita erit; illa Sacrista vel Ecclesie curator ijs Sacerdotibus pro rata distribuat, qui eo die in illis ipsis Ecclesijs celebrarint.

Cui verò Sacerdotes, propè eas Ecclesia habitant, in quibus vel dies festus agitur, vel indulgentie indictæ sunt, vel alia causa plures Missæ celebrantur; ipsorum suæ curæ commissum moneant, quas elemosinas Missarum celebrationi dare quisque velit, eas non Sacerdoti ipsi tradat qui celebraturus est, sed in capsulam deferat, quæ eo nomine constituta erit.

Decretum. VIII.

NEMO, etiam si parochus sit, neque vllus item cuius sacerdos, cui etiam nostris literis in vniuersa vrbe diocesi que nostra Missam celebrare concessum est, in vllis quibuslibet monialium Ecclesijs celebret; ne superioris quidem permisso, qui illarum curæ præsit, nisi facta sibi à nobis nominatim huius rei potestate; idque exceptis ijs diebus, cum in ijs ipsis Ecclesijs funus exequiæve fiant.

Decretum. IX.

NE vestes, ornamenta, aliæve cuiusvis generis indumenta ad vsum sacrum comparata, in sacrosancto Missæ sacrificio, & reliquis diuinis officijs adhibeantur, nisi ex Ecclesie instituto prius solenni ritu benedicta sint.

Nemo sine facultate celebret in ecclesijs monialium.

Vestes pro diuinis officijs bene dicenda.

Decretum. X.

QVOD in Parochialibus Ecclesijs & vrbanis & diocesanis fieri solet, ut parochi fidelibus Dominico die denuncient, quæ vigiliæ, qui dies festi, quæ ite ieiunia in hebdomadam incidant; hoc autem ipsum cum minimè consentaneum sit prætermitti negligere in Ecclesia Metropolitana, reliquarum Ecclesiarum quæ in nostra vrbe & diocesi sunt, matre, in quam vel frequentissimus populus conuenire solet: ideo edicimus ac iubemus, ut in singulos Dominicos dies, vnus ex Canonicis eiusdem Ecclesie minoribus, qui ordinarioli seu notarij nuncupantur, pronunciatum in solenni Missa Euangelio, vigiliæ, dies festos, & ieiunia, quæ sequenti hebdomada ex sacrosanctæ Ecclesie ritu atque instituto agi celebrarique debent, & reliqua item omnia quæ nostro iussu promulganda erunt, populo denuncient.

Vigiliæ & dies festi in Metropolitana denunciantur.

Decretum. XI.

IN maiori Missa, quæ in nostra Metropolitana, alijsque Collegiatis Ecclesijs, & in ea item Missa, quæ à parochio, aliove eius nomine in Ecclesijs parochialibus quotidie celebratur, cum Corpus Iesu Christi Domini suscollitur; signum campane sono detur: cuius soni significatione, fideles qui in Ecclesia non adsunt, admoniti, ad tanti tamque magni mysterij ac beneficij recordationem animam adijcere atque excitare possint.

Campanæ pulsatio in elevatione corporis Domini.

Decretum. XII.

PAROCHIALES Ecclesie extra urbem, quarum parochi sibi persuadent, eas à cuiusvis Præposituræ iure liberas esse atque immunes, si id publicis monumentis, aliave ratione duobus mensibus testatum non fecerint; intra eam Præpositurarum fines esse censeantur, quibus Præposituris illæ ipsæ parochiales Ecclesie parochialia officia præstent, vel alio quouis tempore præstiterint. Quod si nulli vnquam Præposituræ ea præstiterint; sint eius quæ propius abest, iuri adiuncta.

Parochiales ecclesie alicui præposituræ adiungantur.

Si verò duæ tresve Præposituræ paribus inter se intervallis distare videntur earum parochialium Ecclesiarum ca-

tato-